

Heinrich Rahn

**Rector Universitatis Rostochiensis, Henricus Rhane, I.U.D. & Profess. P. Ad
Exequias, Quas Matronae ... Ursulae Gartzes/ Matri charissimae Liberi
superstites moestißimi hodie parant. Cives suos in aedem D. Mariae ... diligenter
vocat**

Rostochi[i]: Kilius, [1638]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777447665>

Druck Freier  Zugang



R h a n e , H . ,
in U. G a r t z ,
uxor. Chr. Schäffer.
Rostock. 1638.

33







RECTOR 114
Universitatis Rostochiensis,
HENRICVS RHANE.

J. U. D. & Profess. P.

AD EXEQUIAS,

Quas

Matrona laudatissima

URSULÆ Bartges,

Matri charissimæ


Chr. Schaeffer

Liberi superstites mæstissimi hodie parant.

Cives suos in ædem D. Mariæ ad horam
tam primam diligenter vocat.



ROSTOCHII,
Literis NICOLAI KILI, Academ. Typograph



Verum officium per quam liben-
ter faciamus, Academię Ci-
vēs, & honoremus exequī-
as pijssimæ Matronæ Ursu-
læ Gargen non ista communia, quæ
in alijs hactenus deprehendimus, sed
rara partim, partim ultima hujus ci-
vitatis decora, & quæ deinceps nemini
amplius contingere possunt, nos
invitant. Ut enim de ætate, quam
natu grandem habet, de felicitate li-
berorum, quam in ultimum diem
percepit, benedicentis sc. Dei mune-
ribus, post alia dicamus, assertor si-
dei magnusq; Ecclesiæ Doctor cœle-
stissimus ille MARTINUS LUTHERUS fa-
cit: Qui defunctæ Avum, Reveren-
dum admodum & Clarissimum Vi-
rum, Dn. M. JOHANNEM GARTZIUM,
Wittebergæ, natali Religionis nostræ

Zzz

solo

solo, quod Poeta ait, voce sua catus
formavit, ut nemo dignior existiterit,
quem deinceps ad propagandum pu-
riorem Dei cultum in Marchiam, &
quidem Serenissimo, Potentissimoq;
Electoris intra aulam sacris confessio-
nibus committeret. Quo munere,
non ad censum, quod nunc pleriq; fa-
ciunt, non ad titulos & fastum, non ad
exercendum in Ecclesia potentatum,
multo minus ad aliena profanaq; ne-
gotia abusus est tractanda; Sed in ipso
magnitudinis splendore magnitu-
dinem despexit & quod paga-
nus scriptor Ammianus Marcelli-
nus de primitiva loquitur Ecclesia,
ad imitationem antistitum quorundam provin-
cialium vixit. Quos tum tenuitas edendi potandiq;
parcissime, vilitas etiam indumentorum, & super a-
lia humum spectantes perpetuo, Numini verisq; e-
ius cultoribus, ut puros commendabant & verecun-
des; contra quam Romæ siebat, ubi ostentatio re-

rum

rum urbanarum facile cupidos. Ob impetrandum
quod appetunt, omni contentione laterum jurgantes,
postquam adepti essent, ditatos oblationibus matro-
narum dabat, ut procederent, vehiculis insidentes,
circumspetè vestiti, epulas curantes profusas, adeò
ut eorum convivia regales superarent mensas. Tan-
ta scilicet tam opima cum sperari possent, Damasus
Ursicinus, quod idem ait, supra humanum mo-
dum ad capiendam episcopalem sedem ardentes, scis-
sis studiis asperrimè conficitabantur, ad usq; mortis
vulnerumq; discrimina adjumentis utriusq; pro-
gressis, ut in Basilica Siccini, ubi ritus Christiani
conventiculum erat, uno die, centum triginta septem
reperta cadavera peremptorum efferataq; dimi-
plebs, agre postea delinita fuerit. GARTZIUS
autem noster nec ita se ingerere, nec
gerere postea, & magnō cum delide-
rio Ecclesiæ atq; Electoris, post exant-
latos fidelissimos labores, beate in
Christo decedere. Relicto post se fi-
lio PETRO, cive quondam & Pharmacop-
ola hic senatorio. Qui pudicissimā
lectissimamq; virginē CATHARINAM,
PAULI Rosdensis institoris serici quo-

dam apud nos facile primi charissimam filiam in matrimonium recepit. Ex qua ipsi Anno Christi millesimo quingentesimo sexagesimo quinto ad septimum octobris nostra Ursula tū in lucē edita fuit, eamq; cum ablui à peccatis & sacro fonte lustrari curasset, per istud quod reliquum fuit ætatis, pietati, honestisq; morib⁹ imbibendis adhibuit. Quam tamen ad nubiles usq; annos una cum uxore non licuit educare, cum morte intercepti præmatura essent. Quapropter Deo piisq; omnibus relictam, de relictā non fuisse exitus jam probavit. Quanquam non adeò lati beatiq; fuerint virgines anni, quos multis cum adversitatib⁹, ut est orphanorum sors, consecit. Quod tamen eos ferme triginta attigit, antequā nuberetur, id forte longævitatis post quarti præcepti benedictionē præcipua causa existit. Cum se vires nondum consumerent, antequā firmatx essent, & germa-

mo.

orum antiquis moribus adhuc viveretur. Ergo
cum divino munere procū adepta, ut pæcla spon-
saq; erat, transiit in domum honestissimi atq; in-
tegerrimi Viri CHRISTOPHORI Schäfferi/Civis &
Myropolæ apud nos industrij, cum quo ipsos
quinq; & viginti annos, interrupto pacis concor-
diazq; vinculo, exegit. Septem siberūm mater
majore sui sexus numero. Ex quibus tantum
duos sibi etiam superstites reliquit, MARTINUM
sc. atq; ANNAM, Viri, dum viveret, industrij, hone-
stissimiq; CONRADI von Scheben/Civis apud nos
non infirmi, cui nuper supra & justa persolvi-
mus, relictam viduam. In qua profecto non mi-
nimum lætitiae adepta erat, cum & tranquillo &
beato locuplete conjugio usam, liberis a. simili-
ter & copibus maxime auctam indies ac florentem
videret. Præcipue cum fructum pietatis filia
abunde à Deo referret, & magis magisq; ideo di-
ligere atq; auxilio matri adesse insisteret. Quam
non ad fortacem, aut intra ministeria servitiaq;
abjicere, non ad mortem depositare votis, non
duntaxat ad genesin & mathematicos repetere,
aut propter vitricum precari valentem ac super-
stitem velle. Ex solo affectu omnia, quæ bene
faceret, filiatim præstans. Quapropter mirum
non est, si & multa à Deo precibus pro filia impe-
trave-

traverit mater, & post eū quidq; fata tūm suę pietatis, tūm maternæ fructum perceptura filia sit. Siquidem inrra istos duo de viginti annos, quib⁹ viduam mater egit, nihil quidem ferme aliud præter sacra obiit, nullis neq; concionibus neq; precibus relictis. Domi cum esset, exercebat fidem suam liberaliter, proximis in serviendo, ergandoq; indigentibus, & per charitatis opera bonis omnib⁹, præcipue inter suos spectata. Quibus ad Dei cultum commonendis aut adhibendis diligenter fecit officium, suas pariter & aliorum spes ad cœlos dirigens, unde nunquam cuiquam cōfusæ aut destitutæ fuissent. Talis cum esset, placuit quoq; coelesti Numini eam evocare ex suo ministerio, & solvere hac ærumnabili vita, ut coelestem ei impertire posset, finemq; pl acidissimum IV. Augusti dedit, postquam VII. septimanis decubuerat, annū autem ætatis LXXIII ferme integrum, & nuper Salvatoris sui corpore ac sanguine pasta, exegerat.

Convenite, Cives Academiæ, frequenter, & ætati tantæ, tam rarissimorib⁹ approbate cultum atq; humanitatem vestram; nec quidem destituire exequias matronæ laudatissimæ. Ipsi

B. V. P. P. 6. Augusti A. Christ.

09 12 CXII. IX.


QVATI







orum antiquis moribus adhuc
tum divino munere procū ade-
saq; erat, transiit in domum ho-
tegerimi Viri CHRISTOPHORI E
Myropolæ apud nos industrīj s-
quinq; & viginti annos, interru-
diæq; vinculo, exegit. Septem
majore sui sexus numero. Ex
duos sibi etiam superstites reli-
sc. atq; ANNAM, Viri, dum vivere
stissimiq; CONRADI von Scheve-
nnon infirmi, cui nuper supra-
mus, relietam viduam. In qua p-
nimum lætitiae adepta erat, cūm
beato locuplete conjugio usam-
ter & copibus maxime auctam in-
videret. Præcipue cūm fructu
abunde à Deo referret, & magis
ligere atq; auxilio matri adesse i-
non ad foruacem, aut intra mi-
abjecere, non ad mortem depos-
duntaxat ad genesin & mathem-
aut propter vitricum precari va-
stitem vellet. Ex solo affectu e-
faceret, filiatim præstans. Qua-
non est, si & multa à Deo precib-



the scale towards document

912

Image Engineering Scan Reference Chart TE2/03 Patch Reference numbers on UTT Serial No.